

Gereſto ad Atticam vergente, & ad Hellespontum Caphareo inſignis, à ſeptentrione Cæneo, nuſquã latitudinem ultra xl. M. paß. extēdit, nuſquã intra xx. M. contrahit: ſed in longitudinem vniuerſa Bæotia, ab Attica Theſſaliam vſq; prætēta in cl. M. paß. circuitu vero ccclxv. abeſt ab Hellesponto parte Caphareï ccxxv. M. paß. vrbibus clara quondam, Pyrrha, Porthmo, Neſo, Cerintho, Oreo, Dio, Aedeſſo, Ocha, Oechalia, nunc Chalcide, cuius ex aduerſo in continēti Aulis eſt, Gereſto, Eretria, Caryſto, Oritano, Artemiſio, fonte Arethufa, flumine Lelanto, aquisq; calidis quæ Hellopia vocatur nobilis, notior tamē marmore Caryſtio: antea vocitata eſt Chalcodontis, aut Macris, vt Dionyſius & Ephorus tradunt, vt Ariſtides Macra, & Callidemus Chalcis, are ibi primū reperto: vt Menæchmus, Abantias, vt poetæ vulgo Aſopis. Extra eam in Myrtoo multe, ſed maxime iluſtres Glauconeſos, & Aegilia. Et à promontorio Gereſto, circa Delum in orbem ſita, vnde & nomen traxere, Cyclades. Prima earū Andrus cū oppido abeſt à Gereſto x. M. p. à Ceo xxxix. M. Ipſam Myrſilus Cauron, deinde Antædron cognominatā tradit, Callimachus Laſiā, alij Nonagriā, Hydruſſam, Epagrin. patet circuitu xciiij. M. paß. Ab eadem Andro paſſus mille, et à Delo xv. M. Tenos cū oppido xv. M. paß. porrecta, quam propter aquarum abundantiā Ariſtoteles Hydruſſam appellatā ait, aliqui Ophiuſſam. Cæteræ Myconos cum monte Dimafſto, à Delo xv. M. paß. Scyros, Siphnus ante Meropia, & Acis appellata, circuitu xxviiij. M. paß. Seriphus xij. Præpeſinthus, Cythnos: Ipſaq; longe clariffima, Cycladū media, templo Apollinis & mercatu celebrata Delos: quæ diu fluctuata (vt proditur) ſola motum terræ non ſenſit ad M. Varronis etatem. Mutianus prodidit bis concuſſam. Hanc Ariſtoteles ita appellatā prodidit, quoniam repente apparuerit enata: Aegloſthenes Cynthiam, alij Ortygiam, Aſteriam, Lagiā, Chlameydiam, Cynethum, Pyrpilen, igne ibi primum reperto. Cingitur quinq; M. paſſuum, aſurgit Cyntho monte. Proxima ei Rhene, quā Anticlidus Celaduſſam vocat, item Artemiten Helladius. Syros quam circuitu patere xx. M. paß. prodidere veteres. Mutianus clx. Olearos, Paros cum oppido ab Delo xxxviiij. M. marmore nobilis, quam primo Paſſiam, poſtea Minoida vocarunt. Ab ea ſeptem M. quingentis Naxus, à Delo xviiij. cum oppido, quam Strongylen, dein Dian, mox Dionyſiada à vinearum fertilitate, alij Siciliam minorem, aut Callipolin appellarunt. Patet circuitu lxxv. M. paſſuum, dimidioq; maior eſt, quā Paros: et hætenus quidem Cycladas ſervant, cæteras quæ ſequuntur Sporades. Sunt autem Helene, Phocuſſa, Phacaſia, Schinuſſa, Pholegādros, & à Naxo decem & ſeptem M. paſſ. Icaros, quæ nomen mari dedit, tantundem ipſa in longitudinem patens, cum oppidis duobus, tertio amiſſo, ante vocata Doliche, & Macris, et Ichthyoeſſa. Sita eſt ab ex-

ortu ſolſtitiali à Delo quinquaginta M. paß. Eadem à Samo xxxv. M. Inter Eubæā & Andrum x. M. paß. freto. Ab ea Gereſtum cxij. M. quingenti paſſus. Nec deinde ſeruari poteſt ordo. Aceruatim ergo ponetur reliquæ. Ios à Naxo xiiij. M. paß. Homeri ſepulchro veneranda, longitudinis xxv. M. antea Phænice appellata. Ochia, Letandros, Gyaros, cum oppido, circuitu xij. M. paß. prope. Abeſt ab Andro ſexaginta duo M. paß. Ab ea Syrnos lxxx. M. paß. Cynethuſſa, 10 Telos vnguento nobilis, à Callimacho Agathuſſa appellata. Donyſa, Patmos circuitu xxx. M. paſſuum. Coraſia, Lebintus, Leros, Cynara, Sycinus, quæ antea Oenoe, Heratia quæ Onus, Caſus quæ Aſtrabe, Cimolus quæ Echinuſſa. Melos cū oppido quam Ariſtides Byblida appellat, Ariſtoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphniū, & Acyton. Hæc inſularū rotundiſſima eſt. Poſt Machia, Hypere quondam Patage, vt alij Platage, nunc Amorgos, Polyægos, Phyle, Thera, cum primum emerſit, Calliſte dicta: ex ea auulſa poſtea Theraſia, atque inter 20 duas enata mox Automate, eadem Hiera: & in noſtro æuo Thia iuxta eandem Hierā nata. Diſtat Ios à Thera xxxv. M. paß. Sequuntur Lea, Aſcania, Anaphe, Hippuris, Hippuriſſuſa. Aſtupalæa libera ciuitatis, circuitu lxxxviiij. M. paſſ. abeſt à Caduſco Crete cxxv. M. Ab ea Platea lx. M. Vnde Camina xxxviiij. M. Azibintha. Lanife, Tragia, Pharmacuſa, Techedia, Chalcia, Calydna, in qua oppida iij. Calymne ij. Olymnos. Aqua Carpathus, quæ nomen Carpathio mari dedit, xxv. M. paß. Inde Rhodum Africo vento quinquaginta M. paß. à Carpatho ad Caſon vij. M. à Caſo Samonium Crete promontorium xxx. M. In Euripo autem Euboico primo fere introitu Petalæ quatuor inſulæ, & in exitu Atalante. Cyclades, et Sporades, ab oriente litoribus Icaris Aſie, ab occidente Myrtois Atticæ, à ſeptentrione Ageo mari, à meridie Cretico & Carpathio incluſæ, per cc. M. in longitudinem iacent. Pagaficus ſinus ante ſe habet Eutyſchiam, Cicynetum, & Scyrum ſupradictam, ſed 30 Cycladum & Sporadum extimam, Gerontiam, Scadiram, Thermeuſim, Irrheſiam, Solimniam, Eudemiam, Neam, quæ Mineruæ ſacra eſt. Athos ante ſe quatuor, Peparethum cum oppido, quondam Euoniū dictam ix. M. paß. Scyathum xv. M. Imbrum cum oppido lxxxviiij. M. paß. Eadem abeſt à Maſtuſia Cheroneſi lxxv. M. paß. Ipſa circuitu lxxij. M. paß. Perfunditur amne Ilifſo. Ab ea Lemnos xxij. M. quæ ab Atho lxxxvij. M. paß. Circuitu patet xxij. M. d. paß. Oppida habet Ephæſtiā et Myrinam, in cuius forū ſolſtitio Athos eiſculatur vmbra. Ab ea Thaffos libera quinq; M. paß. olim Aeria vel Aethria dicta. 40 Inde Abdera continentis xx. M. paß. Athos lxij. M. tantundem ad inſulā Samothracen, quæ libera ante Hebrū, ab Imbro xxxij. M. à Lemno xxij. M. d. attollitur monte Saoce. x. M. paſſuum portuoſiſſima omnium: Callimachus eā antiquo nomine Dardaniā nominat. d ij Inter